IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, ET BEAtæ ſemper virginis Mariæ genitricis eius, & beati Dominici patris noſtri, & omniū ſanctorum & ſanctarum dei, hæc ſunt quæ patres noſtri, pro bono religionis & augmento virtutum, Deo optimo Max. auſpice, obſeruanda ſtatuerunt.

ORDINATIONES.

IN primis ne ordinationes inutiliter multiplicētur, monemus omnes ac ſingulos reuerendos Prouinciales, & cæteros cōuentuū præſidentes, vt (quantū poſſunt) curēt, ſuos ſubditos ad veram formā vitæ regularis (iuxta noſtrorū patrū inſtituta) reuocare. Et exemplo illius qui prius cœpit facere quā docere: non minus eos doceāt exemplo quam verbo. Neq; ſint (quod primus eccleſiæ paſtor docet) veluti dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo. Id ſemper præ oculis habētes quod pater noſter ait Auguſtinus quia deo pro illis reddituri ſunt in die domini rationem. Omnibus itaq; viribus inſiſtant manutentioni & reformationi noſtri ordinis: ac ſtudeant vt ſacræ noſtræ conſtitutiones, in ſuis prouinciis & conuentibus obſeruētur. Et circa ea præcipue inuigilent, in quibus cognouerint plurimos defeciſſe.

IGITVR (quia totum bonum ac malum ordinis ex nouiciorum æducatione pendere cognoſcitur. In primis ordinantes præcipimus, ne de cætero nouicii in minoribus conuentibus recepti, ſinguli aut bini pro ſeruiciis retineantur, ſed ſtatim ad maiores conuentus prouinciæ (vbi ſaltem in numero ſenario poſsint ſub bono & diſcreto magiſtro nutriri) mittantur. Quibus (ſuo tempore) de lectore Grammaticæ vel Dialecticæ, ſecundum eorum exigentiam prouideatur.

Ad cuius tamen dialecticæ audientiam nolumus ipsos nouicios ante annum a sua professione admitti posse, vt eo tempore melius valeant cerimoniis ordinis deuotione & humilitate informari. Mandamus autem reuerendis prouincialibus & vicariis quibuscunq;, vt in suis prouinciis vel cógregationibus statim conuentus aliquot determinent (sdm suas nationes) ad quos nouicij in minoribus conuentibus recepti, transmitti, & educari debeant. Vbi & suo tempore poterunt profiteri: verũ tamen non nisi pro suis conuentibus vbi habitum susceperũt. Quos omnes etiam, tam in minoribus quam in maioribus cóuentibus receptos, mandamus ante triennium a sua professione, a tali vel consimili societate, & magistri cura, non posse eximi vllo pacto.

ITEM omnibus conuentuum præsidentibus præcipimus, vt intenti sint curæ infirmorum, ex cuius defectu cognouimus proprietatem in nostro ordine irrepere. Ita videlicet vt suis fratribus infirmis de lecto, de carnibus (secundum exigentiam) de medico, & de medicinis, & conuenienti socieate prouideant iuxta nostras constitutiones, ac circa alios omnes fratres sint solliciti, vt. s. eis sufficienter prouideant, de omnibus vestimentis, & de expensis pro itineribus necessariis.

ET hæc tam de nouiciis, quam de infirmorum & vestium, ac expensarum pro itineribus prouisione, præsertim cũ fratres ad suas assignationes vadũt, aut prædicationis gratia, seu alias pro obedientia mittuntur: volumus & mandamus inuiolabiliter ab omnibus prælatis obseruari, sub pœna absolutionis a suis officiis ipso facto si contrauenerint incurrenda. Præcipientes reuerendis patribus Prouincialibus, vt eos quos in his negligentes inuenerint, a suis officiis incunctanter absoluant, aut absolutos esse declarent. Ne fratres ex prælatorum negligentia in suis necessitatibus communi ac debito subsidio deficientes, proprietarij effici compellantur. Quos vicissim volumus, in ea quam professi sunt paupertate persistere, & ab omni pecuniarum cumulatione abstinere.

Quæ.s.pecuniæ,si sibi a consanguineis vel amicis, pro emendis libris aut aliis necessariis tradantur, nolumus vt eas vllatenus, nisi in communi deposito tenere possint, & hoc per mensem tantum: quo transacto si eas non exposuerint, statim illas decernimus ex vi præsentis nostri statuti esse communitati conuentuum applicatas: neq; subditos repetendi, nec prælatos eas restituendi de cætero vllam habere authoritatem. Cassantes & annullantes omnes & singulas licentias hactenus super his datas, si quæ sunt, nisi tempus vltra mensem aliquando reuerẽdis Prouincialibus aut Vicariis congregationum, in aliquo particulari casu prorogandum videatur: quorũ tamen conscientias sub præcepto formali astringimus, ne id vnquam faciant, nisi pro euidenti necessitate, quod sane statutũ nostrũ ab omnibus fratribus nostri ordinis quacunq; præfulgeant dignitate, vel gradu, uolumus inuiolabiliter obseruari, eos qui contrauenerint proprietarios & ananiæ & saphiræ maledictionũ declarantes participes & hæredes.

ORDINANTES item admonemus omnes Priores tam conuentuales quã prouiciales vt in pœnitentiis (presertim in constitutionibus taxatis) imponendis sint seueriores, & in his maxime quæ ad honestatem pertinẽt, vnde solet ex paucorum erratis, tota religio infamari, & in aliis quæ in capitulo de grauiori culpa continent.

IN recipiendis etiam apostatis, & eis qui per breuia, plures annos habitum dimiserunt, videant ne cum fermento modico totam massam corrumpant: & ex nimia misericordia erga paucos, crudeles in cõmunitatem inueniantur, & ideo qui fuerunt quattuor annos sine habitu, nolumus posse recipi sine licentia reuerendissimi magistri ordinis. Et illi qui ad ciuitates suspectas de hæresi accesserunt vel posthæc accesserint, non recipiantur nisi tanquam apostatæ.

ITEM ordinantes mandamus vt nostra cõstitutio obseruetur, ne.s.fiant, aut fieri permittãtur in domibus nostris, curiositates, aut superfluitates notabiles in sculpturis, aut picturis &c.

confirmantes propterea ordinationem factam hoc anno a re-
uerendissimo patre nostro Generali in conuentu victoriensi,
qua inhibitum est, ne claustrum cum sculpturis prout incepe-
rant prosequantur.

ITEM ne fiat ædificium aliquod vel constructio notabilis
in aliquo conuentu, nisi de assensu patrum, & cum licentia pro
uincialis, & cum consilio peritorũ: & quod taliter ab vno prio-
re inceptum est, subsequens prosequatur, & non magis no-
ua ædificia inchoet. Et qui his contrauenerint, pœnæ grauiori
culpæ debitæ subiacere intelligantur.

ITEM ordinamus vt in creandis prædicatoribus generali-
bus conditiones debitæ obseruentur: vt. s. tales sint, qui in pro-
uincia illa saltem per tres quadragesimas, in aliqua bona ciui-
tate vel terra gloriose prædicauerint, & pro gloriosis prædicato
ribus habeantur, & qui sint maturi & discreti ad negocia ordi-
nis pertractanda, & ætatis ad minus. xxxv. annorum & nihilo-
minus thæologiá audierint saltẽ per tres annos. Prout in consti
tutionibus & ordinationibus capitulorũ generaliũ continetur,
ꝙ si cõtra fiat, aut factũ fuerit, totũ irritũ decernimus & inane.

IN conferendis itidem gradibus baccalaureatus seu præsen
taturæ & magisterij cum aliis conditionibus requisitis, hoc etiá
obseruetur: vt ad magisterium nullus promoueatur ante ætatẽ
triginta annorũ, & hæc clausula (cum iam ante hoc habeat tria
capitula generalia) in capitulo de studentibus apponatur.

ORDINAMVS item, vt de cætero in nullo studio no-
stri ordinis baccalaurei extraordinarij asignentur ad legendas
sententias pro forma & gradu magisterij: & minus in conuenti
bus, vbi in veritate non est studium generale. Et qui ita hacte-
nũs asignati sunt, nunquam cursum peregisse intelligantur ni
si saltem per duos annos adhuc legerint tanquam baccalaurei
ordinarij in conuentu vbi viget in veritate studium generale.

ITEM ordinantes reprobamus abusum quarundá prouin
ciarũ de loco dádo lectoribus super omnes patres: mandátes &
præcipientes in virtute sanctæ obediẽtiæ, consuetudinem anti-
quam

qüam nostri ordinis, vbiq; ab omnibus obseruari: vt fratres subditi & nõ graduati, locum teneant secundum ordinẽ suæ professionis siue sint patres consilij seu de gratia siue non.

ITEM reprobamus abusum quorundam claustralium siue conuentualium de vendendis aut etiam testãdis post mortem cameris: irritãtes quascũq; cõcessiones, si quæ sunt, super his hactenus factæ: & ordinantes vt si de cætero vsus illarum concessus fuerit viuentibus, semper ponatur in literis concedentis ad beneplacitum nostrum & nostrorum sucessorum.

ITEM ordinamus vt in qualibet prouincia, præter generalia studia, sint lectiones in cõuentibus præsertim principalioribus & sacræ bibliæ, & theologiæ, vel philosophiæ saltem, in quibus iuuenes exerceãtur. Et in minoribus conuẽtibus, vbi hæc seruari non possunt, teneantur vel cõclusiones aliquæ de casibus conscientiæ, vel studiosum exercitium sacræ scripturæ, super quibus grauamus conscientias Prouincialiũ, vt hæc seruari curent, & priores quos contra hoc negligentes inuenerint absoluant.

Ordinamus item vt non solum in sacra theologia, sed etiam in philosophia, ab omnibus lectoribus legatur, declaretur, & defendatur semper, doctrina sancti Thomæ, sicut mandatum est a patribus nostris in pluribus capitulis generalibus. Ita vt in summulis legatur ab omnibus Petrus Hispanus & bene intelligatur, reiectis sophisticis argutiis: in logica textus Aristotelis, & in philosophia similiter, cũ integro commẽto sancti Thomæ, relictis inutilibus & sophisticis quæstionibus. In sacra theologia item declaretur totus articulus. s. Thomæ: & ex ipsomet sancto Thoma elucidetur, & difficultatibus respondeatur, vt habetur apud Capreolum, vel Cayetanũ: relictis propriis fantasiis & scartafatiis, a quorũ scribendorum obligatione, omnes & singulos scholares absoluimus nolentes eos ad id posse a quoquã (magistro nostro Generali inferiore) de cætero obligari.

Item ordinamus pro vniformitate nostri ordinis vt cappæ in conuẽtu a paschate resurrectionis vsq; in festũ omniũ sanctorũ non nisi in cõmunione & a seruitoribus missarum portentur.

In hyeme vero in prouinciis vbi consuetũm est portari posśint præterquam in mensa.

ITEM ordinantes strictisśime inhibemus prælatis & præsidentibus couentuum, sub pena absolutionis statim si cõtra fecerint incurrenda, ne decætero aliquam mulierem ad habitum tertij ordinis recipiant, quæ sit ætatis minoris quam quadraginta annorũ, & quæ non habeat vnde de victu & vestitu sufficienter sibi valeat prouidere. Quod tamen nõ de monasteriis collegiatis, sed de his quæ in propriis domibus habitãt intelligimus.

ITEM quoniam multæ prouinciæ defecerunt, & contributiones tam reuerendisśimi Generalis, quam reuerendi procuratoris ordinis adeo sunt imminutæ, vt ex eis sustentari non posśint, ordinamus vt de cætero omnes remanentes prouinciæ soluant iuxta infra scriptam taxam. Videlicet.

Prouincia Hispaniæ soluat reuerendisśimo Generali ducatos xxv. & reuerendo procuratori ducatos decem.

Prouincia Tolosana patri Generali duca. xij. reuerendo procuratori ducatos quatuor.

Prouinciæ Franciæ ducatos. xxv. reue. procuratori duca. 5.

Prouincia vtriusq; Lombardiæ reuerendissimo Generali ducacatos. xxv. reuerendo procuratori ducatos. 10.

Prouincia Romana. reuerendisśimo Generali du. 8. reuerendo procuratori duca. 4.

Prouincia Regni.	16	procuratori.	8
Prouincia Hungariæ.	4	procuratori.	2
Prouicia Poloniæ.	8	procuratori.	4
Prouincia Græciæ.	4	procuratori.	2
Prouincia Aragoniæ.	16	procuratori.	8
Prouincia Prouinciæ.	14	procuratori.	6
Prouincia Dalmatiæ.	6	procuratori.	4
Prouincia Trinacriæ.	18	procuratori.	8
Prouincia Portugalliæ.	10	procuratori.	6
Prouincia Beticæ.	20	procuratori.	8

Pro-

Prouincia Germaniæ inferioris.	18	procuratori.	8
Prouincia sancti Thomæ.	12	procuratori.	6
Prouincia Calabriæ	12	procuratori.	4
Prouincia sanctæ Crucis.	6	procuratori.	2
Prouincia sancti Iacobi de Mexico.	25	procuratori.	6
Prouincia sancti Io. Baptistæ del Peru.	16	procuratori	8
Prouincia sancti Vincentij Indiarũ.	10	procurarori.	5
Congregatio Gallicana.	25	procuratori.	5
Congregatio Franciæ.	10	procuratori.	4
Congregatio Ragusina.	4	procuratori.	3
Vicaria sancti Dominici.	12	procuratori.	4
Vicaria sancti Petri martyris.	7	procuratori.	4
Vicaria Romana.	8	procuratori.	4

DENVNCIATIONES.

Denunciamus & intimamus reuerendissimum magistrum nostrum Generalem in pluribus prouinciis rogatum instantissime fuisse, quo curaret vt breuiarium nostri ordinis in multis deturpatum & corruptum in præsenti capitulo purgaretur & reformaretur, & multa circa diuinum officium in melius cõmutarentur. Et propterea fuisse sibi oraculum santissi. D. nostri Papæ a nostro reuerendis. protectore collectum, in hæc verba transmissum.

Nos Ioannes miseratione diuina Episcopus Portuensis. S. R. E. Cardinalis de Saluiatis vulgariter nuncupatus, ordinis prædicatorum proptector. Vniuersis & singulis has nostras literas inspecturis, fidẽ facimus, & in verbo veritatis attestamur, qualiter hodie sanctissimus in Christo pater & domin9 noster D. Iulius diuina prouidẽtia Papa tertius. Viuæ vocis oraculo, nobis & ad instãtiam nostram super hoc facto concessit, quod quicquid in proximo generali capitulo ordinis prædi. anno videlicet. 1551. celebrando, magister generalis ipsius ordinis cũ Prioribus Prouincialibus ad diuinum pertinens officium ordinauerint, mutauerint, correxerint, addiderint, vel minuerint, to

tum id habeat vim & robur constitutionum, ac si per tria capitula generalia cōtinua fuerit approbatum, & approbatum fuisset. Non obstantibus constitutionibus præfati ordinis in contrarium facientibus quibuscunq;. In quorum fidem præsentes manu propria subscriptas fieri, & per infra scriptum secretariū nostrum subscribi, sigilliq; nostri quo in similibus vtimur iussimus & fecimus appensione muniri. Datum Romæ in palatio nostræ residentiæ anno a natiuitate domini. M D L. die vero. xvij. Decembris. Pontifi. sanctissimi domini nostri, prælibati anno primo. Io. Episcopus portuen. Cardinalis vt supra Dominicus Rosinus secret. de mandato &c.

Hac igitur supradicta autoritate suffulti, infra scripta nos circa prædicta ordinasse denunciamus. Videlicet.

In primis pro conseruanda & magis exaltanda solennitate dierum dominicalium, qui in tota ecclesia in memoriam dominicæ resurrectionis ab omnibus vniuersaliter celebrantur, ordinauimus vt de cætero ipsi dominici dies ita celebrentur per totum annum, quod quando festum aliquod simplex in ipsa dominica euenerit, in secundam feriam vel in aliam sequentem, si in secūda, aliud simplex vel maius fuerit trāsferatur. Officium vero de simplici octaua non solenne propter dominicam dimittatur: nisi in dominicis quæ occurrunt inter natiuitatem domini, & octa. epiphaniæ: & etiam in die octa. apostolorum Petri et Pauli, propter propriam homiliam. In octauis vero aut infra octauas solēnes fiat officium de octauis: sed legatur tamen homilia dominicalis, nisi octaua fuerit habens propriam homiliam. Homilia vero de vigiliis, exceptis natiuitatis domini & epiphaniæ, si vigiliæ in dominica euenerint, in præcedēti sabbato legantur, licet fiat officiū de beata virgine. Si autē in ipso sabbato festū aliquod simplex aut maius fuerit, pro illo anno ipsa homilia de vigilia ommitatur. In omnibus autem missis ipsarum dominicarū, & similiter in missis & officiis festorum dup. cantentur cantus qui pro festis semiduplicib⁹ notati sunt, prout alias ordinatum est.



Decla-

Declarantes inter octauas solennes, quattuor tantum solennissimas esse, videlicet, natiuitatis, resurrectionis, Penthecostes, & corporis Christi, in quibus omnibus diebus octauarũ Credo, in missa cantandum est. In cæteris vero octauis nequaquá, prout alias declaratum fuit. Et idcirco mandamus missalia aliter habentia corrigi, & hanc rubricam inter cæteras annotari. Octauæ vero natiuitatis & visitationis beatæ Mariæ virginis non debent tanquam solennes alicubi celebrari.

ITEM confirmauimus vt de beata Martha fiat festum duplex & quod de ea officium dicatur prout habetur in cõmuni vnius virginis, excepto quod pro primo hymno dicatur. Huius obtentu &c. prout consuetum est, & in primo ℟. vbi dicitur pro cuius amore sanguinem tuũ fudisti, dicatur pro cuius amore sæculum contempsisti.

ITEM pro beata Anna & pro beata Elisabeth vidua, vbi de ipsa fiunt. ix. lect. & pro similibus si quæ occurrerint, iuxta consuetudinem Romanæ ecclesiæ, nouum officium de non virginibus neq; martyribus approbauimus: quod in fine curabimus apponendum.

In conceptione vero seu in sanctificatione, præsentatione, & visitatione beatæ Mariæ virginis, fiat officium sicut in natiuitate eiusdem, & in festo vndecim millium virginum, vbiq; de communi plurimorum martyrum, & de beato Ioseph tam in officio quam in missa præter epistolam & euangelium de communi confessorum, prout alias ordinatum est, & cõmuniter in toto ordine obseruatur. Et noua officia & missæ consimiles de breuiariis & missalibus tollantur.

ITEM ordinauimus, quod de officiis translationum sanctorũ nostri ordinis seu aliorum de cætero nihil fiat, nisi in conuentibus vbi translata dicta sanctorum corpora requiescunt.

ITEM ordinauimus quod festa sancti Hilarij Pictanien. magni fidei defensoris die. xiiij. Ianuarij, cum memoria sancti Fœlicis dimisso beato Remigio, de quo die. viij. Octobris agitur, & sanctorum Cornelij & Cipriani die decimo sexto

Septem

Septembris. Item patris nostri Athanasij. Die. 9. Maij. Sancti Ioannis Chrisostomi die. 27. Ianuarij, & Magni Basilij. 14. Iunij sub festo duplici celebrentur.

ITEM absoluimus tam chorum quam ministros altaris ab obligatione recitádi vigilias trium lectionum pro mortuis, prout hactenus obseruatum est. Et in recompensatione, pro debito iusticiæ & charitatis, ordinauimus, & ita seruari volumus, vt nullis festis aut octauis etiam solennibus obstantibus (preter octauas paschæ & Penthecostes, totum officium pro ipsis defunctis cum nouem lectionibus qualibet hebdomada, semel, ab omnibus & singulis fratribus, tam in choro quam extra existentibus persoluatur. Et in mane sequenti pro ipsis vna missa cantetur de Requiem (si non sit dies multum solénis, alias cantetur missa ordinaria cũ oratione. Omnipotés sempiterne deus qui viuorum dominaris &c. & cum aliqua procesione per claustrum vel per ecclesiam cum ℟. vel responsoriis &c. & hoc inuiolabiliter in omnibus conuẽtibus nostri ordinis obseruetur. Super quo tam prælatorũ quam cantorum conscientias oneramus. Qui etiam curent, vt tali die & hora prædicta fiant, quibus omnes posint melius interesse. Ad quæ omnes & singuli teneantur, etiam magistri & actuales lectores, suis dispensationibus non obstantibus.

ITEM vt in officio quotidiano beatæ virginis tam in vesperis quam in matutinis semper fiat memoria post primã collectam de beato Dominico: deinde de sanctis ordinis, postea de patrono ecclesiæ, vbi est consuetudo, & vltimo de sanctis omnibus, & pro pace. Et in officio maiori nullæ fiant aliæ memoriæ, nisi quæ particulariter pro tempore sunt signatæ.

ITEM quod in memoria sanctorum nostrorum nomen sancti Antonini tãquam pontificis, prout decet, nomini sancti Thomæ & Vincentij præponatur, & in letaniis recitetur inter Pontifices post sanctum Nicolaum.

ITEM declarauimus, letanias debere dici in choro, quãdo fit de feria prout hactenus factũ est, sed in eis non repetantur a

choro

choro nomen alicuius sancti: sed solum respondeatur Ora pro nobis, neque dicantur post matutinas, sed in sero præcedenti post completorium, vbi melius omnes fatres côueniant, qui tamen non conuenerint, vel extra conuentum fuerint ad eas minime teneantur.

ITEM quod in ipsis letaniis nomina sanctorum qui non habentur in antiquo ordinario, a nemine apponantur, & apposita deleantur.

ITEM denunciamus, nos ordinasse correctionē lectionarij sanctorum, ita. s. vt in festis etiam sanctorum, si sunt nouem lectiones, tres ex illis, si vero trium vna saltem de sacra scriptura legantur, exceptis hebdomadibus paschæ & Penthecostes, & historiæ, aut apochriphæ aut minus verisimiles: vt de pluribus apostolis, de beata Anna, de beata Vrsula, de præsentatione beatæ virginis & cōsimiles, omnes pro honore nostri ordinis remoueantur, & lectiones potius de autenticis sanctorum sermonibus ponantur. Et idem dicimus de multis missis nouis appositis in missalibus, ad quæ perficiēda reuerendissi. patri nostro Generali nostram authoritatem commisimus, vt per suos socios, vel alios idoneos, tam missalia quam breuiaria, & ordinarium siue rubricas ab huiusmodi repurgari & reformari faciat mutando etiam (si videbitur) aliquot homilias & sermones, præsertim sine certo titulo in lectionariis: tam de tēpore quam de sanctis. Et propterea, omnibus & singulis fratribus nostri ordinis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna grauioris culpæ præcipimus, ne ante præfatam correctionem, alia breuiaria vel missalia, imprimi faciant, aut permittant, sed postquam taliter reformata impressa fuerint, sua priora & præsertim Hispali impressa, ad eandem formam corrigant, & emendent.

ITEM denunciamus nos ordinasse, vt cōpletorium, etiam diebus ieiuniorum semper in choro, per Iube donne &c. Incipiatur, & quod quando dicitur Noctem quietam, omnes fratres, sicut in aliis benedictionibus inclinent, prout in multis prouinciis obseruatur, & quod huic ordinationi contrariari videtur

detur

detur in constitutionibus capitulo de collatione, corrigatur conformiter ad hanc determinationem.

ITEM quando dicitur psalmus Laudate pueri, omnes erecti inclinent caput ad Sit nomen domini benedictum sicut fere in toto ordine obseruatur.

ITEM quod missa tali voce adeo distincte dicatur, quod sacerdos audiri & intelligi possit a populo circunstante, e contra vero canon & verba consecrationis proferantur secreto & reuerenter & facientes contrarium puniantur.

ITEM quod in missa tam priuata quam cōmuni, nihil quod notatū in nostro ordinario non est, interponatur: sicut versus quidam inter kyrie Cuncti potēs genitor &c. cum sequentibus & in Gloria in excelsis in missis de Beata virgine, post versum Tu solus sanctus Mariam sanctificans. Tu solus dominus Mariam gubernans &c. quæ in aliis capitulis proposita, nequaquam aprobata fuerunt. Sed neq; post communionem interponat sacerdos (sicut quidam faciunt) Nunc dimittis, vel O sacrum conuiuium, vel alia huiusmodi alta voce: sed simpliciter quod ore sumpsimus &c. Et expediat se ad missam perficiendam, plicationem corporalis reseruans post benedictionem, quando euangelium In principio dicitur post quod etiam alia non addantur.

ITEM quod pax detur, tantum cum patena vel aliqua imagine tam ministris altaris quam fratribus in choro existentibus.

ITEM pro subleuandis conuersis, tam fratribus quam sororibus, qui magis pro seruitiis aliorum, quam pro diuinis officiis recipiutur, a tam multa recitādi obligatione statuimus, quod pro matutinis loco viginti octo, vel quadraginta Pater noster, tam in diebus trium, quam nouem lectionū sufficiant viginti quattuor. Pro vesperis duodecim pro cæteris, autem horis septem Pater noster, vt hactenus seruatum est. Pro psalterio

alterio vero in ſuffragiis defunctorum, pro Quingentis Pater noſter, dicant cētum quinquaginta, & pro pſalmis pœnitentialibus vbi centum habebant, ſufficiant viginti quinqꝫ, & ita conſtitutiones in capitulis de conuerſis, & de ſuffragiis mortuorum reformentur. Et hæc omnia quæ tam de miſſa quam de officio ordinata præmiſimus, tanquam ſi habeant tria capitula continua, vt ſupra denunciatum eſt, ſunt ab omnibus obſeruanda.

ITEM denunciamus, nos renunciaſſe omnibus priuillegiis preſertim minorum in quantum tangũt authoritatem, de audiendis confeſsionibus fratrum, in præiudicium prælatorum & authoritatem prælatorum in promouendis fratribus ad ſacerdotium infra vigeſimum quartum annũ completum inhibentes omnibus prioribus, etiam prouincialibus, ne ante dictum terminum a iure poſitum exponant quenquam ad ſacerdotium.

ITEM cum monialium cura, a principio ordinis reuerendiſsimo Generali vnicæ demandata fuiſſe noſcatur, denunciamus, nos renunciaſſe, & ita renunciamus moniales, S. xiſti de vrbe & eas omnibus gratiis, & beneficiis ordinis noſtri priuamus ſi ſtatim a noticia præſentis intimationis non renunciauerint literis in forma breuis. Quibus volunt prouinciali & priori vnius conuentus ſubeſſe non autem generali. Hoc enim tāquam monſtrum & ſchiſma iudicauimus prorſus a noſtro ordine explodendum.

INCHOATIONES.

IN choamus, vt in capitulo de electione Prioris Prouincialis vbi dicitur de electione Prouincialis fienda extra capitulum quod tantum ſpectet ad Priores conuentuales & ad prædicatores generales, & duos fratres de quolibet cōuentum mutetur hoc, & dicatur & ad vnum fratrem de quolibet conuentu

tu &c. & hoc ad euitandũ tot expenſas,& ſuperfluos diſcurſu
& immediate vbi ſubſequitur(ad hoc idẽ,pro qualibet electio
ne prioris prouincialis fienda nouiter electos) dicatur,nouiter
electum , & addatur, niſi cõfirmator præſens fuerit , vel in tam
parua diſtantia quod ante diſſolutionem prioris congregatio-
nis,potuerit de caſſatione electionis prius factæ (ſi eam caſſari
contingat) nuncium peruenire. Tunc enim & ſecunda & tertia
(ſi opus fuerit)electio ad eoſdem pertinebit,& hoc propter cau
ſam ſupradictam. Et infra vbi dicitur (vnus autem de illis
duobus electoribus illo anno,in ſocium prioris cõuentualis eli
gatur) notetur cõformiter ad ſupradicta,vt dicat (& ille elector
ſupradictus,ſit illo anno ſocius prioris).

ITEM in cap.de elect. magiſtri ordinis,vbi dicitur. Si au-
tem in aliqua prouincia prouinciale capitulum fuerit celebra-
tum,& in proximo feſto Penthec.electio magiſtri fuerit facien-
da,diffinitor cap. generalis in anno diffinitorum & ſocius eius
ſint illo anno magiſtri ordinis electores,ſubiungatur , ſi autem
quia capitulum generale inſtare illo anno nõ putabatur , vel ex
alia quacũq; cauſa,diffinitor & ſocius prædicti nõ fuerint ele-
cti,neq; ſuppetat tempus vt eligãtur,vel futurum cap. ſit prio-
rum prouincialium, tunc duo de diffinitoribus præcedentis ca
pituli prouincialis &c.

ITEM inchoamus vt in cap. 8. de cap. generali,vbi dicitur
priores quoq; prouinciales abſoluti. Loca in prouinciis, in qui
bus præfuerunt ſuper omnes alios vbiq; habebunt,addatur, &
ſimiliter primam vocem in omnibus electionibus prouincialiũ
& diffinitorum & electorum magiſtri ordinis habebunt.

ITEM in capit.vbi dicitur, priori vero prouinciali eunti ad
capitulũ generale detur ſocius,a diffinitoribus prouincialis ca-
pituli ,addatur,qui ſi priorem prouincialem impediri contige-
rit, quod ad capitulum generale in anno prouincialium non ac
cedat loco ipſius,cum prioribus prouincialibus admittatur, ad
omnia tractanda & diffinienda. Et hoc in tribus capitulis ge
neralibus fuit alias ordinatum.

Con-

CONfirmamus ordinationem factam in capitulo præcedenti quod nullus fratrum nostrorũ accedat ad curiam Romanam, sine expressa licentia sui prouincialis habita in scriptis, & hoc sub pœna carceris statim incurrenda, quam ordinationem, etiam ad fratres Romanæ prouinciæ extendi volumus.

ITEM confirmamus, quod quãdo pulsantur organa in missa Gloria in excelsis a choro & organis alternatis: Credo autem totum a choro dextro & sinistro, vel a cãtoribus & choro, alternatis similiter versibus cantetur.

ITEM confirmamus, quod graduati aliter quam per viã ordinis siue per breue, siue per saltum non habeant locum, quousq; per capitulum generale fuerint approbati.

ITEM confirmamus, quod in conuentu Parisiensi, baccalaurei extraordinarij admittantur ad consilium patrum eiusdẽ conuentus. Et in determinationibus promouendorum, excludantur officiales, qui de eorum sufficientia iudicare nequeunt.

ITEM confirmamus determinationem pro eodem cõuentu a reuerendissimo generali factam, quod in in promouendis stetur determinationi consilij Parisiensis, & non capituli congregationis.

ITEM confirmamus sententiam latam a reuerendissimo Generale inter conuentus pruinens. Prouinciæ Franciæ & trecensem cõgregationis Gallicanæ circa terminos eorundẽ, & f. Stephanum Mangonis si (vt dicitur) ab illa sententia appellauit extra ordinem magisterio priuamus, & respicientes arctitudinem terminorum præfati conuentus Pruuineñ. & eius paupertatem mãdamus, quod nullus nostri ordinis audeat prædicare, vltra fluuium matronæ a Parisiis, absq; licentia prioris Pruuinensis.

DECLARATIONES.

DEclaramus conformiter ad nostras constitutiones neminem posse assumere gradum magisterij in Theologia nisi prius actus exercuerit pro forma & gradu dicti magisterij per annos quattuor ad minus in aliqua vniuersitate: declarátes cõuentus vniuersitatum in quibus dicti actus exerceri possunt esse infra scriptos, videlicet.

In primis conuentum nostrum Parisiensem.
Item in prouincia Hispaniæ, conuentum Salmantinum, Valleoletanum, Segobiensem & de trianos.
In prouincia Tolosana conuentum Burdegalensem.
In prouincia Franciæ conuentum Bituricensem.
In prouincia vtriusq; Lombardiæ, conuentum Bononiensem.
In prouincia Romana conuentum Perusinum.
In prouincia Regni conuentum Nepolitanum sancti Dominici.
In prouincia Prouinciæ conuentum Aquensem.
In prouincia Aragoniæ conuentus Barchinonensem, & Valentinum.
In prouincia Trinacriæ conuentum .S. Dñici de Panormo.
In prouincia Portugalliæ conuentũ Vlixbonensem & de bello.
In prouincia Bethica conuentũ Cordubẽsem & Hispalensem.
In prouincia inferioris Germaniæ, conuentum Louaniensem.
In prouincia sancti Thomæ conuentum Andriensem.
In prouincia Calabriæ conuentum Consentinum.
In congregatione Gallicana conueutum Nanetensem.
In congregatione Franciæ conuentum Tolosanum.
In prouincia sanctæ Crucis indiarum conuentum ciuitatis sancti Dominici.
In vicaria sancti Dominici conuentum Patauinum.
In vicaria Romana conuentum sanctæ Mariæ nouellæ de Florentia.
In vicaria sancti Petri martyris conuentum sancti Eustorgij Mediolanensis.

Pro-

Proteſtamur autem actus ſcholaſticos ſiue lecturas ſententiarum extra hos conuentus ſupradictos nullatenus in poſterum debere cuiquam pro ſuſcipiendo magiſterio ſuffragari: ſalua tamen conceſsione apoſtolica, facta aliis vniuerſitatibus prouinciæ Franciæ.

Declaramus reuerendum vicarium congregationis Gallicanæ pro tempore, in determinationibus promouendorũ noſtri conuentus Pariſiẽſis, non habere, niſi vnam vocem tãtum ſicut in toto ordine conſuetum eſt, & quia contrarium hoc anno factũ percepimus, idcirco fratrẽ Petrum Richer congregationis prædictæ ad lecturam bibliæ in conuentu Pariſienſi per talem vocem determinatum cum deiectione alterius qui alioquin plures habebat, admittere noluimus.

ITEM declaramus nullum prouincialem vel vicarium habere poteſtatem diſpenſandi ordinarie, cum vno vel pluribus conuentibus ſuper eſu carnium in cõmuni: eſſeq; hanc cenſendam non pro cauſa diſpenſationem, ſed magis ipſarum conſtitutionum immutationem.

ITEM declaramus domum ſancti ſpiritus Toletani, ideſt beatas ſiue ſorores ad eam pertinentes, eſſe excluſas a noſtri ordinis obedientia, quas & nunc denuo excludimus & renunciamus, ac propterea liberatum eſſe monaſterium matris dei eiuſdem ciuitatis, ab annua obligatione ſoluendi dictæ domui vel beatis viginti fanegas tritici, quas debebat ex diſpoſitione domini Martini.

ITEM declaramus in prouinciis indiarum, ſufficere ſenarium numerum fratrum, ad conuentum conſtituẽdum, prout authoritate apoſtolica eſt conceſſum.

ITEM declaramus & determinamus Prouinciales noſtros Franciæ & Germaniæ inferioris in poſterum expleto quadriennio prouincialatus, ſtatim fore a ſuo officio abſolutos, & ita eos nunc pro tunc a dicto officio abſolutos decernimus, & declaramus iuxta determinationem apoſtolicam Iulij Papæ ſecundi.

ACCEPTAMVS breue apoſtolicum olim a Reuerendiſsimo Cayetano a Leone Papa decimo impetratum, directum congregationi Tuſciæ in hæc verba.

LEO PAPA decimus.

DILECTI Filij ſalutem & apoſtolicam benedictionem, expoſuit nobis dilectus filius Thomas veſtri ordinis magiſter generalis, quod licet ipſe, cũ multorũ patrum veſtrorũ conſilio pro quiete, & pacifica libertate votorum, in electionibus, & in aliis quibuſdá rebus, quantum in ſe fuit, ordinauerit, & ſtatuerit, quod vota ſingulorum ſic eſſent ſecreta, vt nullus poſſet ſcire alicuius determinatæ perſonæ votum, ac per hoc electiones fierent, per viam compromiſsi, ita limitati, vt ſcilicet a compromiſſario, vel compromiſſariis eligatur, qui a maiori parte omnium eligentium, & vna amplius voce eſſet nominatus per cædulas ſingulorum, in quibus nomen tantum vnius eligendi ſcriptum eſſet, alia vero quæ circa determinatas perſonas per ſuffragia fieri ſolent, vt recipere aliquem ad habitum vel profeſsionem, inſtituere aliquem in ſindicum, & alia huiuſmodi per fabas albas & nigras, vel aliquid ſimile fierent: verum quia in dubium verti poſſet, an in electione per viam compromiſsi ſic limitati, requiratur conſenſus omnium, in hanc formam, & ſi confirmatori per hoc auferretur via, diſcernendi ex decreto electionis meritum, & zelum eligentiũ, vt nos prouidere dignaremur de benignitate apoſtolica, humiliter ſupplicauit. Nos attendentes pacẽ ipſam eſſe quid præcipuũ bonũ, præſertim eorũ qui in religione cóueniũt & in electionibus libertatẽ votorum eſſe maxime fouendam

fouendam. Huiusmodi supplicationibus inclinati, tenore præsentiũ apostolica authoritate, litteras magistri Generalis, prædictas, quas vna cum contentis in eisdẽ, ac si de verbo ad verbũ insererẽtur, pro expressis habemus, approbátes statuim⁹, & decernimus, vt non solum in dicta vestra congregatione: sed etiá in vniuerso prædicatorum ordine, & monasteriis sororũ dicto ordini cómissis, in omnibus electionibus, dicta forma vt præfertur, seruari possit, ita tamen quod duæ partes eligentiũ consentiant in eam formam, cum non sit verisimile duas partes cõsensuras in dictam formá, debito zelo postposito. Vosq; in domino hortamur, vt in fauorem pacis huiusmodi formam amplectamini. Et nihilominus mandamus vobis, vt alia quæ per suffragia absq; canonica electione, circa determinatas personas per vos concludenda sunt, collatione prius facta, & auditis omnibus volentibus aliquid, in negotio de quo agitur dicere, cum ad vota peruenitur per fabas vel simile, vota nó nisi secrete dentur: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis ac dicti ordinis, cæterisq; in cõtrariũ facientibus quibuscunq;. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima tertia Februarij, Pontificatus nostri Anno secundo, Iacobus Sadoletus.

NOS Igitur apostolicas literas acceptantes, declaramus hanc formam cum aliis quæ in constitutionibus sunt, fratribus electoribus debere proponi, quam si duæ partes acceptauerint, cõpromissarios eos eligere oportebit qui ad bancum resideant, cædulas recipiant, numerent, & si conueniant cum numero vocaliũ, aperiant, legant, cõputum faciant, & electionis deniq; decretum forment, quæ quidem compromissariorũ electio, ita fieri debet. Vt proponátur primo antiquiores quousq; duo vel tres inueniátur, qui a maiori parte vocalium sint recepti, quorum antiquior si aliquem in cædulis, a maiori parte & vna amplius vt pote a duodecim, si sint viginti, vel ab vndecim si sint decem & nouẽ, nominatum

inuenerit publicata electione, decretúm in hæc verba formet.

EGo Frater. N. Primus compromissarius huius capituli, vice mea & meorum collegarum, virtute compromisſi in nos facti, eligo fratrem. N. in priorem huius conuentus, vel in priorem prouincialem huius prouinciæ, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti amen.

Neqꝫ autem obſtat, quod ille qui formare debet decretum, non nominauerit eligendum, quia non eligit virtute ſuæ nominationis: ſed tanquam compromiſſarius, virtute compromiſsi in ſe facti. Ponitur autem in ipſa forma, quod vltra maiorem partem vna adhuc vox ſeu nominatio requiratur, ne ſi forſan (quod abſit) aliquando, ſe quiſqꝫ in ſua cædula nominauerit, electio ſufficienti vocum numero defraudetur.

ITEM acceptamus, noſtras nouas prouincias indiarum: videlicet, ſanctæ crucis, in inſula Hiſpaniola, ſancti Iacobi de Mexico, & ſancti Ioannis Baptiſtæ del Peru, & propter earum magnitudinem, eas iterum diuidendas, & ſecundum petitionem conſilij regij, & earundem prouinciarũ opportunitatem, iuxta audientias regias terminandas cenſuimus, & ita diuidimus & terminamus.

Prouincia ſanctæ Crucis habeat inſulam Hiſpaniolam cum adiacentibus inſulis, videlicet de Cuba, ſancti Ioannis, Portus diuitis & Iamayca.

Prouincia ſancti Iacobi habeat nouam Hiſpaniam a terra Tequantepeque, excluſiue, vſqꝫ ad floridam.

Aliam prouinciam ibidem de nouo erigimus, a Tequãtepeque incluſiue vſqꝫ ad oppidum de nata Hiſpanorum per litus Antarticum.

ITEM a litore artico ad oppidum de Guazaqualco incluſiue, ita quod contineat quattuor Epiſcopatus, Videlicet, de Chiapa, Guatimala, Nicaragua, Honduras, & appelletur prouicia ſancti Vincentij de Chiapa, quam cum aliis recipimus, cum omnibus gratiis & priuilegiis quibus prouincia ſancti

Iacobi

Iacobi potitur nec non & aliæ prouinciæ nr̄i ordinis, dātes sibi pro hac prima vice, in prouincialē per quattuor annos fratrem Thomam de Turre, & in terra veræ pacis mandamus construi conuentum sub nomine beati Dominici patris nostri, cui pro prima vice præficimus in priorem fratrem Petrum de Angulo.

Prouinciam sancti Ioannis Baptistæ terminamus a portu nominis Dei inclusiue, & vltra quousq; terminetur, quam diuidentes, aliam Prouinciam erigendam decernimus, sub nomine sancti Antonini de Nouo regno, cui asignamus nouum regnum de Granata, & regnū de Popayan, vsq; ad prouinciam de Quito exclusiue, & per terram interiorem quousq; terminetur, per litus vero maris ab oppido de Acla cum prouincia Carthagenæ & sanctæ Marthæ, & Promontorij de la Acla, & Veneçuela, Cumana, cum insula de Cubagua, & cæterum litus, quousq; terminetur. Quia tamen pro nunc, sufficientem numerum fratrum & conuentuum non habet. Volumus vt sub titulo congregationis sub prouincia supradicta sancti Ioannis Baptistæ per Vicarium gubernanda remaneat, quousque melius coalescat, & nostro reuerendissimo patri Generali aliter videatur, cui nunc damus in Vicarium fratrem Petrum de Miranda, asignantes in ea fratrem Ioseph de Robles cum omnibus fratribus qui in ea sunt, & qui cum eo deputati fuerant pro prouincia del Rio de la Plata.

Quibus prouinciis, propter maximam ab orbe nostro distantiam concedimus, quod stare posint constitutionibus & ordinationibus capitulorum generalium antiquis, vsq; ad annum. 1 5 0 5. neque ad nouas teneantur, nisi quatenus eis innotuerit.

Supradictas autem quattuor prouincias erectas, & constitutas mandamus in nostris constitutionibus: post prouincias sancti Thomæ & Calabriæ sub suis titulis, & nominibus annotari.

ITEM acceptamus nouã congregationẽ in Indiis serenissi. regis Portugalliæ cũ conuentu iam in ea ab ipso sereniss. Rege ædificato, quem cum aliis erigendis esse volumus sub obedientia reuerendi Prouincialis Portugalliæ, quousq; ipsa congregatio in prouinciam erigatur.

TRANSLATIONES.

TRansferimus fratrẽ Vincentium de sancta cruz a conuentu Granatẽsi prouinciæ Beticæ ad conuentũ seu collegium Complutensem prouinciæ Hispaniæ Item fratrem Vincentium de aldea noua cõuersum a conuẽtu sanctæ Chaterinæ de la vera, ad conuentũ sancti Dominici de Caceres. Item fratrem Ludouicum Arnaudi a conuentu Tarrasconensi ad conuẽtum Draginiani. Item fratrem Dominicum de Grangia a conuentu Arelatensi ad Narbonensem. Item fratrem Ioannem de Angulis, & fratrem Petrum Arnulphi a cõgregatione Franciæ ad conuentum Narbonensem prouinciæ Prouinciæ. Item fratrẽ Dñicum Fabro a prouincia Aragoniæ ad prouinciã Tolosanã. Itẽ Fratrem Franciscum Lereti ad conuentum Genesiaci, & fratrem Petrum de Larquerio a conuentu sancti Seueri ad conuentum Orthesij.

Licentiæ promouendorum.

LIcenciamus ad magisteriũ in sancta theologia in prouincia Hispaniæ fratrem Dominicũ de Arteaga, fratrem Aluarũ Osorio, fratrem Christoforum a Corduba, fratrẽ Dominicum de Cueuas, fratrem Ioannem Suarez. Ad Baccalaureatum vero seu Præsentaturã fratrem Thomam de Xuara, fratrem Ioannem Gutierrez, fratrem Petrum Lopez, fratrem Ioannem de Auila, fratrem Philippum de Meneses.

In prouincia Tholosana ad legendum sententias vsq; ad gradũ magisterij exclusiue præmisso etiã rigoroso examine, fratrẽ

Iacobum Carreria, fratrem Ioannem Bellana, fratrem Petrum Valleti, fratrē Petrum de Caza, fratrem Ioannem Fabri, fratrē Ioannem Trinoti: ad præsentaturá. F. Petrum Dorjaudi. f. Leonardum Mazellieri, fratrē Manæum Goyon.

In prouincia vtriusq; Lõbardiæ ad magisteriū. F. Reginaldū de Mantua, fratrem Hieronimū de Panormo, fratrem Stephanum de Quinciano, fratrem Andream de Imola. Ad Baccalaureatum fratrē Agapitum de Fino, fratrem Stephanū de Asta: fratrem Vincentium de Casali.

In prouincia Romana ad magisterium fratrē Mathæum Lachium, ad Baccalaureatum fratrem Maurum Arrighetum.

In prouincia Aragoniæ ad magisteriū fratrem Blasiū Ferret, fratrem Thomam de los Reyes, fratrem Petrum de Salamáca. Ad Baccalaureatū seu præsentaturá, F. Dñicum de Sandozon, F. Thomá de Siuel, F. Petrū de Arques. F. Antoniū cápomar. F. Ioánem Ladró. F. Laurentiū Lopez. Cum hac tamē cōditione quod omnes supradicti de hac prouincia nō suscipiant gradū ante quam a nostro generali reuerendissimo examinentur.

In prouincia Prouinciæ ad magisteriū fratrem Antonium a Granerio, & ad baccalaureatum fratrem Albertum de Grágia, & fratrem Dominicū eius fratrem Germanum cum cōditione supradicta, quod ante generalem reueren. examinētur &c.

In prouincia Portugalliæ ad magisterium fratrem Bartholomæum de Martyribus. Ad præsentaturam fratrem Alfonsum de Peralta, & fratrem Didacum de Moranes, & fratrem Georgium Timudo.

In prouincia Beticæ ad magisterium fratrem Franciscū de la Barca, fratrē Nicholaum de Salas, fratrem Thomam de Molina, fratrē Illefonsum Carrillo, fratrem Hieronymum Caro, F. Ioannem de Burgoa: ad præsentaturá seu baccalareuatum. F. Dyonisium de sanctis, fratrem Lupum de Caizedo, fratrem Antoninum de Leon, fratrem dominicum de sant Bernardo, fratrem Franciscum de Fuentes, Fratrem Alfonsum de la Milla, fratrem dominicum de Herrera.

In prouincia Calabriæ ad magiſterium fratrem Ioannem de Caſtro Cucho.

In Vicaria Romana ad magiſterium, fratrem Robertum Vannuccium de Florencia.

APPROBATIONES.

APprobamus magiſterium reuerendi patris procuratoris ordinis fratris Stephani Genuēſis: item fratris angeli de Mutina, & fratris Placiti de Parma, & baccalaureatus fratris Reginaldi de Mantua, fratris Hieronymi de Panormo, & fratris Stephani de Quintiano, & fratris Andreæ de Imola prouinciæ vtriuſq; Lõbardiæ: itē magiſteriũ. f. Ioánis de Ludenia & f. Petri de Soto maiori: baccalaureatum fratris Didaci de Horozco, & fratris Ioánis de Biuero prouinciæ Hiſpaniæ: item magiſterium fratris Ozoni vrſi prouinciæ Toloſanæ: item magiſteria fratris Guillielmi Philon, & fratris Iacobi Furre, & fratris Iacobi Louati, & F. Ioan. Mõtot, & f. Roberti Gallart: pro. fráciæ, itē baccalaureatũ fratris Matthæi Lachij prouin. Romanæ; itē baccalaureatũ fratris Ioan. matthæi Valdina, in pro. Trinacriæ: item magiſterium fratris Martini de Ayanço, & præſentaturá fratris Petri de Salamanca prouinciæ Aragoniæ: item magiſterium fratris Alfonſi de ſancto Emiliano in prouincia Germaniæ inferioris: item magiſterium fratris Ioannis Mutonis prouinciæ Prouinciæ: itē præſentaturá fratris Lupi de Auero prouinciæ Portugalliæ: item in prouincia Beticæ magiſterium fratris Fœlicis Ponce de Leon, cui damus locum, a die ſuæ promotionis: item magiſteria. f. Pauli Carpentarij, & fratris Durádi de Noalio, & fratris Ioánis Baladeri, & præſentaturam fratris Ioannis Pinarij congregationis Franciæ & fratris Antonini de Groptulis, prouinciæ ſancti Thomæ. Item fratris Ioannis Antonij Corradini, & fratris Hieronymi Vielmi, & fratris Ioannis Baptiſtæ Diedo, vicariatus ſancti Dominici.

ITEM approbamus magiſterium fratris Illefonſi Burgenſis

ſis & præſentaturam fratris Antonij a Leone & fratris Petri de Ortega prouinciæ ſanctæ crucis, cum hoc quod non promoueatur ad magiſterium, niſi legerit per quattuor annos & a ſua prouincia proponatur.

ITEM approbamus magiſteria fratris Dominici de Guzmá, & fratris Bernardini Vique, & fratris Franciſci de Vargas, & item magiſteria, & præſentationes omnium licenciatorum, in præſenti capitulo, & aliorum promotorum, a noſtro reuerédiſsimo patre Generali, hac tamen conditione & declaratione poſita, vt omnes & ſinguli locũ ſuũ ordinate tenere debeant, ac ſi vniuerſi præſenti die & hora ſimul magiſteriũ ſuccepiſſent.

ITEM approbamus & confirmamus reprobationem magiſterij fratris Iulij Albergheti, Vicariæ ſancti Dominici, & fratris Simonis de Termis, prouinciæ Trinacriæ, quos etiam (ſi opus eſt) denuo magiſterio priuamus.

Approbamus ordinationes factas a reuerendiſsimo patre generali in viſitatione conuentus Pariſien. pro ipſo conuentu & ſtudio, addentes, pro ſubleuatione expenſarũ, quod Vicarius generalis congregationis, tam in prima viſitatione, quam in ſecunda quam facit cauſa determinationum promouendorum, non poſsit in eodem conuentu manere, niſi per decem dies, pro qualibet illarum.

ITEM approbamus, ordinationes eiuſdem, in conuentu Burdegaleñ. factas, tam pro erectione ſtudij, quã pro morum reſtauratione.

ITEM approbamus, ordinationes factas, a reuerendo prouinciali Angliæ in viſitatione prouinciæ Calabriæ, & a Generali reuerendiſſ. confirmatas, & præſertim, quo ad ſtudium, & modum & ordinem promouendorum.

ITEM approbamus, ſtudia conuentus, aquenſis & mõtis Peſulani, in prouincia Prouinciæ: ita tamen quod in Aquenſi tantũ, actus Scholaſtici pro gradib⁹ ſuſcipiẽdis exerceri poſsint: mandantes reuerendo prouinciali, ſub pœna abſolutionis ab officio ne in aliquo ipſorum, lectiones, intermiti ſinat.

Item

ITEM approbamus ſtudia in conuectu Vlixbonenſi & debello, prouinciæ Portugaliæ.

ITEM aprobamus ſtudium erectum in ciuitate ſancti Dominici, prouinciæ ſanctæ crucis indiarum, cui damus in regentem, fratrem Illefonſum Burgen.

ITEM reſtituimus ſtudiū, in conuentu Biturceñ prouinciæ Franciæ, cui damus in regētem, fratrem Guilliermum Philon: mandantes ſub præcepto formali & ſub pœna abſolutionis reuerendo Prouinciali Franciæ, quod quam primum, prouideat, de officialibus, & ſtudentibus.

ITEM approbamus ſcholas erectas a reuerendo Prouinciale ſancti Ioannis Baptiſtæ in ſua prouincia, ad docendum indos rudimenta fidei.

ITEM approbamus lectionē ſacræ ſcripturæ, in conuentu ciuitatis regum, prouinciæ ſupradictæ pro qua damus in lectorem, fratrem Dominicum de ſancto Thoma.

Prouiſiones ſtudiorum.

IN conuentu & ſtudio noſtro Pariſienſi, aſsignamus in regētem principalem fratrem Ioannē Benedicti magiſtrum. In ſecundum fratrem Henricum Geruaſij magiſtrum. In tertium fratrem Ludouicū de Bolo magiſtrū. In quartum fratrem Iulianum Freneum magiſtrū quem propterea a prioratu quē gerit abſoluimus, in quo (cum reuerendiſ. Generalis authoritate Pariſiis legeret) neq; poterat confirmari.

Ad legendum ſententias, pro anno quinquageſimo ſecundo in magnis ſcholis, fratrem Antonium de Mendoça, prouinciæ Bethicæ: in paruis ſcholis, fratrē Albertū Freulliet, prouinciæ Franciæ, & ad lecturam Bibliæ fratrem Ioannem Caduel, congregationis Gallicanæ. Pro anno quinquageſimo tertio. Ad lecturam ſententiarum, in magnis ſcholis fratrem Nicholaum Burinum cōgregationis Gallicanæ. In paruis ſcholis fratrem Rochum Mamerot prouinciæ Franciæ.

Ad

Ad lecturá Bibliæ fratrem Robertum Fourre Prouinciæ Franciæ, pro anno quinquagesimo quarto: ad lecturam sententiarũ in magnis scholis, fratrẽ Petrum Guillioti congregationis franciæ, in paruis cholis, fratrem Ioannem Aridiẽsem congregationis Gallicanæ. Ad lecturam Bibliæ fratrem Dyonisium Bodardi congregationis Gallicane.

In studio Bononiensi aßignamus eos qui deputati sunt per capitulum prouinciale.

In studio Salmantino damus in regentem primum, fratrem Petrum de Soto maiori: in secundum, fratrem Dominicum de Cueuas: in baccalaureum, ad legendum sententias, & in magistrum studij & biblicum quos ordinauerit reuerendus prouincialis Hispaniæ.

In studio Neapolitano pro tribus annis damus in regentem fratrem Vincentium de Licio magistrum, vel fratrem Marcũ de Castro maris magistrum, alterum scilicet duorũ, quem reuerendus prouincialis cum bono consilio determinauerit, qui & eodem modo de baccalaureo prouidebit.

In magistrum studij pro primo anno fratrem Vincentium de Melphi: pro secundo fratrem Bartholomæum de Polla: pro tertio, fratrem Ioánem de Neapoli: in regẽtem Methaphysicæ, fratrem Antonium de martina magistrum.

In studio Perusino damus in regentẽ pro tribus annis, fratrẽ Matthæum Lachium, quem licentiauimus ad magisterium: in baccalaureum fratrem Maurum Arrighettum, in magistrũ studij pro primo & secundo annis fratrem Thomam Rembottũ, pro tertio fratrem Basilium depisis.

In studio Barchinonensi damus in regentẽ pro tribus annis, fratrem Petrum Martyrem coma magistrum: in baccalaureum fratrem Raymundum Pasqual: in magistrum studij fratrem Michaelem Pinedo.

In studio Valentino prouidebit Reuerendus prouincialis Aragoniæ.

In studio Cordubensi, damus in regentem pro tribus annis fratrem

fratrem Illefonſum Carrillo: in baccalaureũ, fratrem Lupũm de Cayzedo.

In ſtudio Hiſpalenſi, damus in regentem pro tribus annis fratrem Ioannem de Burgoa: in baccalaureum, fratrem Alfonſum de la Milla: de magiſtris ſtudentium, prouidebit reuerendus prouincialis Beticæ.

In ſtudio Nanetenſi aſsignamus ad lecturam ſententiarum pro hoc anno. 1 5 5 1. Fratrem Dominicum Sergeant conuentus Laualenſis, & fratrem Ioannem Perdier conuentus Argentomenſis.

Pro anno. 1 5 5 2. fratrem Antonium Choleti conuentus Montis Miliani, & fratrem Franciſcum de Pipere conuentus Trecenſis.

Pro anno. 1 5 5 3. fratrem Ioanem de Valle conuentus Argentomen. & .F. Ioannem Mahault cóuentus Guerrandiæ.

CONCESSIONES ET COMMISſiones, & abſolutiones.

Concedimus prouinciis indiarum, propter deficientiam ſargiarum de lana, vt poſsint vti, tuniculis lineis groſsis ſecundum morem patriarum.

ITEM concedimus prouinciæ ſancti Ioánis Baptiſtæ vt in aliquibus conuentibus propter maximam carentiam piſcium, & eorum peſtiferá qualitatem, poſsint veſci carnibus, etiam in conuentibus, ſecundum diſcretionem reuerendi prouincialis.

ITEM concedimus ſupradictis prouinciis indiarum, vt ſi neceſſarium videbitur, propter nimiam locorũ diſtantiam poſſint capitula prouincialia a quadriénio in quadriénium ab vna ſcilicet electione prouincialis ad aliam electionem.

Concedit reuerendiſsimus omnibus fratribus quod poſsint eligere ſibi cófeſſarium vnum ex fratribus noſtri ordinis ex poſitis ad cófeſsiones fratrũ, a quo poſsint abſolui ab omnibus & ſingulis cenſuris caſibus peccatis & criminibus a quibus poteſt eius reuerendiſsima parternitas, de preteritis tamen vſq; ad dié notitiæ huius conceſsionis.

Con-

Concedit præterea, quod quilibet prouincialis & diffinitor huius capituli posſit recipere vnum apostatam, in suis prouinciis ad habitum & gratias ordinis.

Concedimus fratribus conuẽtus nostri Parisien. pro necessaria sustẽtatione pauperũ studentiũ & remotione multorum inconuenientiũ & dissolutionũ, vt posſint in cõmuni tribus diebus in hebdomada vesci carnibus. Mandãtes reuerendo priori vt eos hac nostra cõcesſione vti & potiri permittat. Curans magis, vt tã his tribus quã aliis diebus omnes fratres, tam graduati quam non graduati compareant in communitate, neq; vllatenus comedant in cameris vel diuerticulis, in destructionem maiorum religionis & vitæ reformatæ.

Absoluimus siue absolutum declaramus a prouincialatu prouinciæ Franciæ. f. Stephanũ Paris magistrũ assumptum ad episcopatum, & instituimus vicarium prouinciæ & electionis fratrem Petrum diuole magistrum & priorem Altisiodoren.

ITEM absoluimus a prouincialatu Germaniæ inferioris fratrem Theodoricum de Eschenobia & instituimus. f. Cornelium ab Eerborne vicarium prouinciæ & electionis.

Suffragia pro viuis.

Pro sanctisſi. dño nro Papa, quilibet sacerdos vnam missam.

Pro serenisſimo dño nostro Imperatore, & pro illustrisſimo Principe filio ipsi⁹, & prole regia quilibet sacerdos vnã missam.

Pro serenisſimo Rege Portugalliæ, cum Regina & principe filio ipsorum, quilibet sacerdos vnam missam.

Pro illustrisſimo ac reuerendisſimo protectore nostro cardinali de Saluiatis, quilibet sacerdos vnam missam.

Pro illustris. ac reuerẽdisſimo domino cardinali Compostellano, patrono & benefactore nostro singularisſimo, quilibet sacerdos vnam missam.

Pro reueredisſimis dominis Archiepiscopo Toletano, Patriarcha Saguntino, & episcopo Malachitano, & episcopo Ciuitatensi, quilibet sacerdos vnam missam.

Pro

Pro reuerẽdiſsimis dominis archiepiſcopis Hiſpalẽſi & Granatenſi & epiſcopis Segouienſi & Abulenſi, & epiſcopo ſancti Thomæ, quilibet ſacerdos vnam miſſam.

Pro illuſtriſsimis dominis Duce & Duciſſa Albæ cum prole ſua, quilibet ſacerdos vnam miſſam.

Pro illuſtriſsimis dominis Duce Metinæ, Duce de Arcos, & Comite de Vreña, cum vxoribus & prole, quilibet ſacerdos vnam miſſam.

Pro illuſtriſsimo domino Comite Benauentano, quilibet ſa-dos vnam miſſam.

Pro illuſtriſsimis dominabus domina Marchioniſſa de Pliego, & domina Marchioniſſa de Villena, quilibet ſacerdos vná miſſam.

Pro illuſtriſsimo domino epiſcopo Salmanticenſi & eius colendiſsimo collegio, quilibet ſacerdos vnam miſſam.

Pro illuſtri domino Roderico mexia, & aliis nobilibus dominis huius inclytæ ciuitatis Salmãticenſis, & aliis benefactoribus huius regni, qui etiam elemoſinas pro hoc noſtro capitulo contulerunt, quilibet ſacerdos vnam miſſam.

Pro bono ſtatu & reformatione totius noſtri ordinis, ac reuerendiſsimi magiſtri generalis, cum eius ſocietate, nec non pro reuerendo procuratore ordinis, quilibet ſacerdos vná miſſam.

Et vbi imponitur ſacerdotibus vna miſſa, clericis ſemper letaniæ, conuerſis decies Pater noſter imponuntur.

Suffragia pro defunctis.

In primis pro anima reuerendiſsimi domini Cardinalis de Vrſinis domini Matthæi ex ordine noſtro aſſumpti, qui perpetuá dedit elemoſiná noſtro generali capitulo in ſuo teſtamento quilibet ſacerdos vnam miſſam, clerici pſalmos pœnitentiales, laici. xxv. pater noſter.

Pro animabus fratrũ omniũ & ſororum noſtri ordinis, quilibet ſacerdos vná miſſam, clerici p̃s. pœniten. laici. 20. pater nr̃.

Pro

Pro animabus eorum qui dum viuerēt. Per literas reuerendissimi magistri ordinis recepti sunt ad beneficia ordinis, atq; aliis benefactoribus, quilibet sacerdos vnam missam. Clerici psalmos Pœnitentiales, Laici. XX. Pater noster.

Sententias iudicum approbamus. Authoritatem reuerendorum diffinitorum durare volumus per totum diem dominicū vsq; ad secundam feriam inclusiue.

Mandamus acta capituli huius per reuerendos Prouinciales & socios eorum diligenter conscripta & correcta, atq; ordinis sigillo sigillata ad suas prouincias deferri, & prout ordinauimus publicari.

Sequens capitulum generale quod erit diffinitorum, assignamus in prouincia Romana in conuentu sancti Marci de Florentia hinc ad triennium, videlicet anno domini. 1554.

IN FESTO VNIVS VIRGINIS non martyris. Officium.

Ad Vesperas.

Hymnus. Huius obtentu, & similiter ad matu. Cætera omnia de cōmuni, excepto quod in primo responsorio, vbi dicitur. Pro cuius amore sanguinem tuum fudisti, dicatur Pro cuius amore sæculum contempsisti.

In festo vnius nec virginis nec martyris. Officium.

Ad vesperas super psalmos. Aña. Hæc est quæ nesciuit torum in delicto &c. Capitulū. Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus prætium eius, confidit in ea cor viri sui & spoliis non indigebit. ℟. 9. Hym. Huius obtentu &c. Añ. ad magnificat. Veni electa mea.

Ad matutinas.

Inuitato. Laudemus deum nostrum in solennitate sanctæ. N. Añ. 1. O quam pulchra est casta generatio cum claritate. Añ. 2. Vnguentum effusum nomen tuum. Añ. 3. Ista est speciosa inter filias Hierusalem. ℣. Diffusa est gratia &c.

℟. primũ. Gaudeamus omnes in dño, diem festum celebrantes sub honore beatæ. N. de cuius solennitate gaudent angeli & collaudãt filium dei. ℣. Confessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius.

℟. 2. Propter veritatem &c. ℟. 3. Specie tua &c.

Añ. 4. Specie tua &c. Añ. 5. Adiuuabit eam &c.

Añ. 6. Leua eius &c. ℟. 4. Accinxit fortitudine lumbos suos & roborauit brachium suum, gustauit & vidit, quia bona est negociatio eius, nõ extinguetur in nocte lucerna eius. Versus. Lucerna pedibus meis verbum tuũ & lumen semitis meis. Non extinguetur &c.

℟. quintũ. Manum suam aperuit inopi & palmas suas extendit ad pauperem, non timebit domui suæ a frigoribus niuium Versus. Dispersit, dedit pauperibus, iusticia eius manet in sæculum sæculi. Non timebit &c.

℟. 6. Veni electa mea & ponam in te trhonum meum &c. Aña. 7. Dum esset rex in accubitu &c. Aña. 8. Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua domine.

Aña. 9. Hæc est, quæ nesciuit torum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum.

℟. 7. Hanc amaui & exquisiui eam a principio: & quæsiui sponsam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius. Versus. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Et amator &c.

℟. 8. Date ei de fructu &c. vt habetur in fine.

℟. 9. Fallax gratia & vana est pulchritudo, mulier timẽs deum ipsa laubabitur. Versus. Date ei de fructu manuum suarũ, & laudent eam in portis opera eius. Mulier &c. Gloria patri &c. Mulier timens deum &c.

IN LAVDIBVS.

Aña. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata, omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. psalm⁹. Dominus regnauit.

Aña

Aña. Sicut sol oriens mundo in altissimis dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus suæ. Psalm⁹. Iubilate.
Aña. Fundamenta æterna supra petram solidam, sic mandata dei in corde mulieris sanctæ. Psalmus. Deus deus,
Aña. Columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris. Canti. Benedicite
Aña. Aedificatio ciuitatis confirmabit nomen, & super hanc mulier immaculata computabitur. Psalmus. Laudate.
Capitulum. Mulierem fortem &c.
Hymnus. Pia mater & humilis &c. Te deprecamur largi⁹ &c. Sit Christe rex piissime &c. Versus. Elegit eam &c.
Ad benedictus Aña. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem: fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Canti. Benedictus &c.

Ad tertiam. Capitulum. Mulierem fortem &c.

Ad sextam Capitulũ. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ a frigoribus niuis.
Ad nonam Capl̃m. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia & vana est pulchritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur. ℟. adiuuabit eam &c.
Versus. Elegit eam &c.

Ad Magnificat.

Accinxit fortitudine lũbos suos, & roborauit brachiũ suum, gustauit & vidit quia bona est negociatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius.

Cœtera omnia de communi virginum.

℟. Date ei de fructu manuum suarũ, & laudent eam in portis opera eius. Versus. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beata es, & bene tibi erit.

Hoc. ℟. dicatur loco Responsij Sexti vel Tertij.